e-codices

lissima et ad exercitationem ualde iucondissima. In causis uero frequentissime quaeritur. quia
primus ordo est geometriae necessarius. Nonne et eloquentiae ex prioribus geometria p
bat uniquentia. et certus incerta. propter quod plures inuenias. qui dialectici similiter et re
thorici ingrediantur hanc artem. Dialectico namque silogismo. sires poscit utitur. et qui
sunt potentissimi gramatici. quos apodixis graece dicuntur idem probant. Et certe enthimi
mata quia rethoricus est sillogismus. quod latine interpretatur mentis conceptio. quae perfecto
solent astigasi nuncupare. Et ipse denique probat cuius sit formae circuitus. quod lineis rectis
continetur. quibus modis finitur. que illa circumcurrens linea. sie efficiat orbem. quae formae
in planis maxima perfecta. in quattor spatia complectitur. et si quadratum paribus oris effici
at. rursum quadrata triangulis. Triangula ipsa. plus aequis lateribus quam inequalibus;
et alia forsitan obscuriora. quae etiam operis sequi oportet experimentum. Haec
in planis. Nam in montibus. et collibus. etiam imperito patet. quia per solis cursus. et um
biarum motum comprehenditur. et per diuergia aquarum segregatur. Nunc ad epistolam
iulii cesaris ueniamus. quod ad huius artis originem pertinet. Ut nec auctoris ipsius gloria
pereat. et nobis plenissime ueritas ad notitiam ueniat. Quisquis ille tamen hanc e
pistolam studiose legere uoluerit. quibus conpendiis introductus. lucidius maiora
dicta in breui percipiet et firmiter ... DIUUS IULIUS CAESAR

VIR acerrimus et multarum gentium dominator. frequentia belli militem exercuit. am
pliorum bellorum operibus augendae rei causa. in lustrium uirorum urbes ingres
sus est. Gentium populos rogantes. recepit. Tirannos gladio interemit. Et postquam
hostilem terram obtinuit. deletis hostium ciuitatibus. denuo nouas urbes constituit. Da
to iterum coloniae nomine. ciues ampliauit. Milites. colonos fecit. Alios in italia. a
lios in prouintiis quibusdam. Haec quae diuus augustus adsignatas urbes per uicinarum
exercitum iussit propter subita bellorum aciae. Non solum eas ciuitates deinum cingi
re muris. uerum etiam loca aspera et confragosa. factis alligari. ut illis maxime
pro pugnaculo essent ista loca in natura. et ab agrorum noua dedicatione culturae. colo
nias appellauit. Quae coloniae his uictoribus. qui temporibus causa arma ceperunt
adsignatae sunt. Ergo ne quid nos praetermisisse uideamur. sed magis eorum exem
pla sequamur. superest ad formam respiciendum. Et quamuis omnium alterius diuers

Licenza: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 2 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/it/sbe/0298/2)